

## SCRIPTORVM BRITANNIAE

Gesta laboriosa Giraldi,	Lib.3.
De aribus, & earum naturis,	Intres particulas libellus.
Rhetoricas orationes,	Lib.1.
De illaudabilibus Cambrorum;	Lib.1.
De prohemis suorum operum,	Lib.1.
Descriptiones magnorum virorum,	Lib.1.
Symbolum electorum, ad Mapes;	Lib.1.
Cosmographiam mundi,	Lib.1.
Chronographiam eiusdem,	Lib.1.
Speculum commonitorium,	Lib.1.
Speculum consolatorium,	Lib.1.
Remordentes epistolas,	Lib.1.
Querulum carmen,	Lib.1.
Certamina Galfridi Eboracensis,	Lib.1.
De honestate clericali,	Lib.1.
Cambricæ Mappæ expositionem,	Lib.1.
De quærente & soluente,	Lib.1.
Dialogos prosaicos,	Lib.1.
Vitam Ethelberti martyris,	Lib.1.
Vitam David Menevensis,	Lib.1.
Vitam Caradoci presbyteri,	Lib.1.
Vitam Remigij Lincolniensis,	Lib.1.
Vitam Hugonis Carthusiani,	Lib.1.
De monachis & clericis,	Lib.1.
Deflosculis philosophicis.	Lib.1.
Ad inunctiones Huberti,	Lib.1.
Ad æmularum obiecta,	Lib.1.
Itinerarium Baldvini,	Lib.1.
De fidei fructu ac defectu,	Lib.1.
De Mahumeto & eius nequitijis,	Lib.1.
Pro Guidone Vuaruicensi,	Lib.1.
Prærogatiuarum computum,	Lib.1.
De mundi mirabilibus,	Lib.1.

Atq; alia plura. Prodictionis semel, licet sycophantice & false, à perfido quodam Cisterciensi monacho accusabatur: sed eius periculum, Deo donante, vir eruditus ac pius evasit. Claruit senex anno ab exordio Seruatoris in carne, 1210: sub illustrissimo suo Mecœnate, Ioanne Anglorum rege. uixitq; ultra septuagesimum uitæ annum, in Menevensi ecclesia tandem sepultus.

## APPENDIX.

Oxonij per tres dies Topographiam Hyberniæ, quam paulo ante ediderat, in scholis publicis recitabat. Vbi ætatis suæ in literis ruditatem & barbariem increpans: Habeat (inquit) si literatura quandoq; resurgat, posteritas quod laudet, &c. Et in Topographia Cambriæ: Circiter id ipsum tempus (inquit) quo Cambriæ descriptionem stilo perstrinximus, Mappam eiusdem expressam, qui natus & natale solum, non tantum literis, uerum etiam protractionibus quibusdam, & quasi pictis uarijs, nec incompetentibus aut indecentibus, nostra foret ad unguem opera declaratum, brevi in loculo, arctoq; folio loca quamplurima complectentes, eademq; tunc dilucidè satis & distinctè disposites, non absq; studio labore propalauimus, &c.

JOSEPHVS DE VONIVS. LX.

Iosephus Deuonius, Iscanus seu Excestriensis, in extrema regionis ad me-

## CENTVRIA TERTIA.

ridiem parte, & prope Cornubiam natus, in omni genere bonarum literarum, Latinè & Græcè doctissimus effulsit. Hic omnium poetarum sui temporis (Lelandi uerbis utor) facile primus, tantæ eloquentiæ, maiestatis & eruditioñis homo fuit, ut nunquam satis admirari possim, unde illi in tam barbara & rudi ætate, facūdia accreuerit, usq; eadeo omnibus numeris terfa, elegans ac rotunda. Et alibi: Iosephus (inquit) Isca Deuoniorum alumnus, poeta Brytannus, omnibus numeris elegantissimus, & aureum suo seculo utriusque eloquentiæ flumen, uersus edidit cum antiquitate Romana de palma contendentes. Habent hi uersus suum genium, uicturū quidem illum. Tum præterea, concinnitate quadam apta, elegantia pura, maiestate iusta, ita terfis ad blandiuntur auribus, ut decies repetiti, nisi me uehementer fallit meus affectus, per placebunt. hæc ille. Didici, Baldvini Cantiorum archiepiscopū fuisse patronum Iosepho, cui dedicauit primum suum opus & Antiocheiden. Transtulit enim ex Daret Phrygio, ac paraphraſtis carminibus exposuit, ediditq; opus

De bello Troiano,	Lib.5. Iliadum lachrymas concessaq; Perga.
Bellum Antiochenum	Lib.1.
De institutione Cyri,	Lib.1. Praelia bina ducum canimus po.
Panegyricum ad Henricum,	Lib.1.
Nugas amatorias,	Lib.1.
Epigrammata quoq;	Lib.1.
Diversi generis carmina,	Lib.1.

Plura etiam præter hæc scripsisse eum, dubium nō est: quæ fortassis temporis iniuria omnino extinxit. Claruit anno Salutis humanæ 1210, sub Anglorum rege Ioanne. Guilhelmus Fastregicus in libro de Rerum originibus, eius mentionem facit.

## GVALTERVS MAPES. LXI.

GValterus Mapes, vir literatissimus, et ut testis est Giraldus Cambrensis in Ecclesiæ speculo, Henrici secundi Anglorū regis, clericus olim familiaris fuit, ac filij eius Ioannis post illum. Sunt qui hunc ex Sarisburien si canonico, sunt etiam qui ex Lincolnensi præcetore, Oxoniensem archidiaconum, anno Domini 1197, fuisse factum affirment. Contigit illum fuisse Romæ, cum illic lis esset inter Hubertum Cantuariensem archiepiscopū, & prædictum Giraldum, pro metropolitano Menevensis ecclesiæ iure, ut prius. Videl Pontificis fastum plus quam Luciferinum: uidit Cardinalium ac prælatorum spiritualium ambitiones, superciliosa, luxus, libidines, auaritia, & id genus sanctitates intolerabiles. Nec poterat, cum rediisset dominum, tam execrabilium uitiorum obliuisci, quin postea illos, quandiu uixit, uehementissimis criminibus satyrice uellicaret. Sed fictis nominibus lusit, ut Goliæ pontificis, uel Ioannis de Abbatia, uel Ioannis de Corborio, uel Gualteri de Hybernia, ac similibus. Habebatq; Oxonijs scurram seu bomolochum, doctum tamen, quilibenter eo consultore, iactitabat se facetiarum ac rhythmorū suorum esse parentem. Nec poterat æquo perferre animo iniurias & calumnias, ab iniquo eius temporis clero, Ioanni regi maliciose illatas: sed illum quandoq; louem, quandoq; leonem in Satyris appellans, Pontificem Plutonem atq; asinum, prælatos uero animalia bruta, imò & stercora uocabat. Vnde Latinis rhythmis facete scripsit Gualterus, super enormitatibus cleri,

Apocalypsim Goliæ pontificis,

Lib.1. A' tauro torrida, lampade Cynt.

I 3 Prædica-

## SCRIPTORVM BRYTANNIAE

Prædicationem Goliæ,  
Confessionem eiusdem,  
Ad malos pastores,  
Ad Christi sacerdotes,  
Planctum super episcopis,  
In Papam & curiam,  
Carmen ebriosorum,  
Ad impios prælatos,  
Sermonem ad eosdem,  
Anathema pro píleo,  
Dictamen lectionis loco,  
De malis Romanæ curiæ,  
De palpone & assentatore,  
De malis monachorum,  
Ad utrumq; statum,  
De Thetide & Lyeo,  
Disceptationem nubendi,  
De mundi contemptu,  
De punitione peccati,  
Super conuocatione cleri,  
De mundi miseria,  
De fide Trinitatis,  
De Maria virgine,  
Cambricæ epitomen,  
Topographicæ compendium,  
Commendationes Giraldi,  
In Cistertienses monachos,

Lib. i. Viri uenerabiles, uiri literati.  
Lib. i. Estuor intrinsecus, irauehemens.  
Lib. i. A' legis doctribus, lex euacu.  
Lib. i. Viri beatissimi, sacerdotes Dei præcones.  
Lib. i. Complange tui Anglia, nielos suspendens.  
Lib. i. Roma mundi caput est, sed nil capit.  
Lib. i. Tertio capitulo, memoro tabernam.  
Lib. i. Dilatatur impij regnum Pharaonis.  
Lib. i. Tempus acceptabile, tempus est salutis.  
Lib. i. Raptor mei pílei, morte moriatur.  
Lib. i. Tanto uiro locuturi, studeamus esse píri.  
Lib. i. Vtor contra uitia, carmine rebelli.  
Lib. i. Multi mortalium, in mundi studio.  
Lib. i. Noctis crepusculo, brumali tempore.  
Lib. i. Suscitauit dominus, simplicem & brutum.  
Lib. i. Cum tenerent medium omnia tumultum.  
Lib. i. Sit Deo gloria, laus, benedictio.  
Lib. i. Cur mundus militat sub uana gloria.  
Lib. i. Omnis caro peccauerat, & suam uiam.  
Lib. i. Nonus rumor Angliae, partes peragunt.  
Lib. i. Ecce mundus moritur, uitiijs sepultus.  
Lib. i. Multis à confratribus pridie rogatus.  
Lib. i. Pone scribentium tot esse millia.  
Lib. i. Libri cursus nunc Cambriam, &c.  
Lib. i. Lectio certa prodest, uaria delectat.  
Lib. i.  
Lib. i.

Atq; alia multa. Huic Giraldus dedicauit libros suos, de operum suorum pro  
œmijs, ac de symbolis electorum. Claruit Mapus anno nati Seruatoris no-  
stri 1210, sub Anglorum rege Ioanne, suo mecoenate ac Domino.

## APPENDIX.

Giraldus, de utroq; & Mapo & Bomolocho hæc scribit in Speculo ecclesiæ. Primum de Mapo,  
lib. 3. cap. 1. & 14. Gualterus cognomento Mapus, uir celebri fama conspicuus, & tam literarum co-  
pia, quam curialium uerborum facetijs præclarus, Oxoniensis archidiaconus, facetias plures in Ci-  
stertienses monachos euomebat, quod illos ob eorum ambitionem & auaritiam odio habuisset: lu-  
dæs (inquit) & albis monachis, nulla fidelitas seruanda, cum nec ipsi serueret, &c. De Bomolocho  
uel scurra, ut quem putabat rhythmorū authorem, Lib. 4. cap. 16. eiusdem operis scribit: Parasitus  
quidam, Golias nomine, nostris diebus gulosityte pariter & dicacitate famosissimus: qui Gulias me-  
lius, quia gulæ & crapulæ per omnia deditus, dici potuit: literatus tamen affatim, sed nec bene merite-  
ratus, nec disciplinis informatus, in Papam et curiam Romanam carmina fanosa pluries & plurima,  
tam metrica quam rhythmica, non minus impudenter quam imprudenter euomit, etc. De quibus his  
aliquot addidi:

Roma mundi caput est, sed nil capit mundum:

Quod pendet à capite, totum est immundum.

Trahit enim uitium, primum & secundum:

Et de fundo redolet, quod est iuxta fundum.

Roma capit singulos, & res singulorum:

Romanorum curia non est nisi forum.

Ibi sunt uenalia iura senatorum:

## CENTVRIA TERTIA

Et soluit contraria, copia nummorum.  
In hoc consistorio, si quis causam regat  
Suam uel alterius, hic in primis legat:  
Nisi det pecuniam, Roma totum negat,  
Qui plus dat pecuniae, melius allegat.  
Romani capitulum habent in decretis,  
Ut petentes audiant manibus repletis.  
Dabis aut non dabitur, petunt quando petis.  
Qua mensura seminas, eadem tu metis.  
Munus & petitio currunt passu pari,  
Opereris munere, si uis operari.  
Tullium nec timeas, si uelit causari:  
Munus eloquentia gaudet singulari.  
Nummis in hac curia non est qui non uacet,  
Crux placet, rotunditas placet, totum placet.  
Et cum ita placeat, & Romanis placet,  
Vbi nummus loquitur, & lex omnis tacet.  
Cum ad Papam ueneris, habe pro constanti:  
Non est bonus pauperi, soli fauet danti.  
Et simonus præstitum non sit aliquanti,  
Respondet hic tibi sic, non est mihi tanti.  
Papa querit, chartula querit, bulla querit,  
Porta querit, Cardinal querit, cursor querit.  
Sed si dares omnibus, at uni deerit:  
Totum mare falsum est, tota causa perit. Et cæt.

## RADVLPHVS DE DICETO. LXII.

**R**Adulphus de Diceto, Londinensis ecclesiæ ad sanū D. Pauli decanus,  
& famæ non morituræ doctor theologus, ab ipsis pueritiæ suæ annis  
animum ergaliteras mirè prop̄sum habuit. Cumq; suisset in Anglia bonis  
artibus ac moribus utcunq; institutus, exteris regiones, ut moris tunc erat,  
pro linguis & noticijs adhuc maioribus petiit: ac non multo sudore easdem  
illuc fœliciter obtinuit, perscrutatis tam Gentilium quam Christianorū do-  
gmatibus. Testis erat in eius reuersione Londinensis ciuitas, urbium regni  
caput, quantum postea ingenio & sermone ualuerit. Apud illos enim cathe-  
dralis ecclesiæ, ut præfatum est, decanus effectus, frequentes solebat edere  
conciones, quibus solidæ eruditioñis sibi peperit nomen. Velut alter Iose-  
phus, aut Philo, suę gentis uetera monumenta atq; inclita facta perpetuare  
studens, multa retroactis seculis incognita produxit in lucem. Inter nō insi-  
mos rerum Anglicarum scriptores hunc ponunt, Ioannes Baonthorpius,  
in prologo quarti sententiæ, quæst. 12. Ranulphus Higdenus, lib. 7. cap.  
39. & Bostonus Buriensis in magno Catalogo. Vnde compoſuit memorabilis  
scriptor, & Ioanni Belmeys archiepiscopo Lugdunensi & Anglo de-  
dicauit,

De temporibus mundi,  
Chronicorum opus,  
Imagines historiarum,  
Continuationes Roberti de monte,  
Abbreviationes Chronicorum,  
De præclaris scriptoribus,  
Lib. i. In opusculo sequenti trium temporum.  
Lib. i. Annos ab initio mundi seriati.  
Lib. i. Insula Brytannicæ, cui quondam Albion.  
Lib. i. Henricus Galfridi Plantagenet com.  
Lib. i. Chronicæ sunt imagines historiarum.  
Lib. i. Trogus Pompeius a tempore Nini.  
De aduen-